

h. xll, 26 *Ch. xll, 26*

(X1876250) I, 11

II R
1112

J. B. F.
Indultu

Magnifici *Factorum* Ordinis

in

ALMA PHILYRINA

Ad Publicam Ventilationem

SELECTARUM CONTROVERSIA-

RUM

JURIS NATURALIS & GENTIUM,

JURIS PUBLICI ROM. GERMAN.

JURIS CIVILIS, FEUDALIS, CA-

NONICI,

ut &

THEORIÆ AC PRAXEOS ARBOR.

CONSANG. ET. AFFIN.

Disputationibus XXXI absolvendam

Juris amantes

eâ, quâ par est, humanitate

invitat



LÜDERUS MENCKE,

Phil. & J. U. D.

LIPSIÆ, Literis JOHANNIS GEORGI,

De Confirmatione Weichbildi, q. Ottoni I. tribuitur, Historia C. M. Jul. fide destituta.



DUm ad arma conclamant Germani, quorum fortitudinem experti sunt olim Romani, Tacito teste (a) triumphati magis quam victi, læsiq; vindictam injuriæ divinitus expectant; dum Galli in perfidia gloriam, temeritate & audacia virtutem, flammis & devastationibus prudentiam quæerunt, & alienæ quietis turbatione, belli turbarumq; desiderium produnt, sub conficta armorum justitia insatiabilem latissime imperandi cupiditatem, invidumq; , alienæ felicitatis spectatorem, oculum occultare conati; dum pene quicquid est terrarum cruentum acinacem tollit, humaniq; sanguinis molem, clades dando & accipiendo, profundit, Philyrina nostra, divino beneficio, medios inter fluctus gratissima studiis habet halcydonia, & ad arma innocua, contentionum de veritate & jure, provocat. Non parum enim utilitatis & delectationis continet veritatis investigatio, si, Ecclesiarum partes amplexus, præjudicia deponas, oculisq; haud coecutientibus, id præcipue, quod perpendisse vitæ, non Scholæ tantum, profuturum est, intuearis. Equidem judicii humani acumen tantis est obnoxium imbecillitatibus, ut, qui ad fontem perventum esse sibi persuadet, sæpe adhuc in lacunis hæreat, & qui Lynceus sibi videtur, Tyresia personam referat; attamen, cum propriæ infirmitatis agnitio solidissimum præbeat affectus in ipsos dissentientes fundamentum, humanitate verborum, si quid erratum ab aliis sit, texisse, sentiendiq; libertatem ita temperasse, ut dissentienti cacoëthes absit, voluptati est. Ad unicum itaque sobriè disputantes scopum collimant, veritatis scilicet cognitionem, à quo si aberratum esse deprehendant, ardentius merito est sententiam mutandi, quam defendendi studium. Quod sicuti per innumera cordatorum

Jcto-

(a) TACIT, de Mor. Germ. c. 37.

JCtorum exempla commendatur, ita non injucundum mihi e-
rit, qui nullum inter eos locum meritis, cupiditate vero discen-
di docendique aliquem tueri cupio, aliam, quàm olim ample-
xus sum, sententiam circa Juris Saxonici confirmationem cor-
roborare. Scilicet Matthias Colerus, JCtus & Juris Saxonici
interpretès aliàs non infelix, in Oratione suâ, quam de Origine,
processu & utilitate Juris Saxonici superiori seculo A. 79. in A-
cademia Jenensi recitavit §. supervenit. & seqq. non unâ ratio-
ne assertum ivit Speculum Saxonicum & Weichbild in scriptu-
ram redactum ab Ottone I five Magno confirmatum esse, cui
sententiæ robur aliquod addidit à Caroli Magni exemplo,
Imperatoris hujus in Saxoniam Gentem affectu, & privilegio,
quod Weichbildo præmissum est, illiusque chronologica veri-
tate, petitum. Sed quoniam Petro Heigio, JCto celeberrimo,
(b) suspecta jam fuit memorati Privilegii fides, & accuratius in
Juris Saxonici Communis Natales, Germaniæ nostræ immor-
tale decus, Conringius (g) inquisivit, fabulasque Juris Saxonici
Communis & Glossatorum hinc inde prudenter detexit, in lon-
gè aliam sententiam concedere non dubito. Nititur vero
Coleri, quam diximus, opinio partim privilegio Ottoniano, par-
tim Doctorum, qui glossas adornarunt, commento: reliqua e-
nim fundamenta saltem ostendunt Ottonem amore patrio du-
ctum proprias leges Saxonibus meritò non invidisse; quis au-
tem inde colliget consuetudines Saxonum, quæ multo post de-
mum perscribi cœperunt, in certam formam & scripturam re-
ductas fuisse? Primum igitur id agemus, ut privilegio supra re-
censito fucum detrahamus, deinde Glossatorum fabulas tene-
brasque, in sola historiciæ veritatis incuriâ excusationem inve-
nientes, per veritatis lucem, ad scripta Conringiana Lectorem
B. remittendo, discutiamus. Planè contentionem de dato Mag-
de-

(2)

(b) PETR. HEIG. Part. 1. q. 8. n. 35. seqq. (g) CONRING. de Orig. Jur.
Germ. c. 18. 29. 30. j. c. 19. & 25.



deburgensis privilegii, quod alii in Annum Christi 999, alii in 990, alii in 940. conjiciunt, ipsã varietate lectionis non nihil falsitatis arguente, prætereo, & quod de confirmatione Speculi Saxonici, ab Ottone I ad exemplum Caroli Magni suscepta, refert Colerus, consuetudinibus Saxonum, tum temporis nondum scriptis applico; cum Carolum Magnum quoque Saxonibus tantum consuetudinum suarum observantiam permisisse, vel ipsomet Colero fatente, constet. Ad privilegii tabulas autem oculos convertens, non pauca deprehendo, quæ antiquitatem & veritatem earum suspectam reddunt; Stylus ævo Ottonis I pessimè convenit, lectio varia est, & si hæc, quæ certissima sunt, dubia essent, ipse privilegii tenor nimis obscure Juris Weichbildici in scripturam redacti confirmationem exprimeret. Quisquis enim sit hujus figmenti auctor, stylus ipsum, foricis instar, prodit, quando quidem Primò Otthoni epitheton semper Augusti (*zu alten Zeiten Mehrer des Reichs*) addit, quo titulo non Ottones, sed Fridericum I. demum, sive imitatione Græcorum, qui Imperatorem suum *αὐτὸς βασιλεὺς* appellarunt, sive exemplo Justiniani ex consilio Jurisconsultorum, sive ad indicandam personæ suæ adversus excommunicationis fulmina inviolabilitatem, usum esse constat. (d) Secundò exempla in exprimendo dati privilegii anno diversa in eo conveniunt, quòd annus is imperii Ottonis secundus fuerit, cum quo tamen, quemcunque numerum ex triplici anno supra expresso assumeris, Chronologia non conspirat: nam anno 990. & 999. Otto III jam multò diutius biennio imperaverat; Ottonisque I (quem Auctorem harum tabularum esse Colerus sibi persuadet) falces Imperii, teste Schradero & Boxhornio (e) Anno 936. cœpe

(d) vid. GOLDAST. *Constit. Imper. tom. 1. p. 270.* CONRING. *ad Lampad. d. Rep. P. 3. c. 2. ad §. 2. verb. observare.* SWEDER. *Introd. Jur. Publ. part. Spec. Sect. 1. c. 1. §. 5.* VIETRIAR. *Instit. Jur. Publ. L. 1. t. 4. §. 2.*
(e) Chronolog. Helmst. ad h. ann. MARC. ZUER. BOXHORN. *Hist. Univers. ad A. 936.*

cœperant; ut proinde annus 940 eidem administrati Imperii
tertius quartusve fuerit. Tertiò supposititium hoc privile-
gium mentionem injicit Electorum tam Ecclesiasticorum
quam Secularium, quorum Ottonis I & II ævo ignota fuisse
nomina vel exinde liquet, quòd, ne quidem Ottone III impe-
rante Electorum hunc ordinem cœpisse, contra Martinum Po-
lonum Lehmannus, Obrechtus, Kulpifius, aliique evicerunt. (f)
Varia privilegii Ottoniani lectio locis propemodum infinitis
conspicua est, si exemplorum diversitatem inter se conferas.
Ita collato privilegio An. 999. cum eo, quod annum exprimit
940, palàm est, illic cognomen Ottonis, Magni scilicet, omissum,
hic infertum esse, illic legitur: Und besitzen sie darmit gerubet (als
recht ist) dieselbe Willkür soll haben beschriebenen Rechts- Kraft/
ob sie wieder den heiligen Christen Glauben nicht wäre. hic: Und
besitzen sie damit Gericht als Recht ist / dieselbe Willkür behält be-
schriebene Rechts- Kraft ob sie wieder ein ander beschriebenen Recht
nicht wäre / noch auch wieder den heiligen Christen Glauben; illic
inveniuntur verba mit Vollwortung des Himmlischen Reiches/
hic mit Vollwort des Heiligen Römischen Reichs. Sed, cum
dissensus ex allatis satis appareat, pluribus Lectorem B. onerare
religioni duco. Perspecto suspicionis pondere, à stylo & varia
lectione dependente, tribus verbis adjicio; etiamsi nihil pro-
ferri posset, quod sublestam hujus scripti fidem ostenderet, non
tamen ex ipsis privilegii verbis elici posse Jus Weichbildicum
in scripturam redactum confirmatum esse: Nam ita exprimi-
tur confirmatio: Wir geben ihnen Gewalt zu herrschen allda/
nach Weichbild Recht / dabey wir sie selbst halten wollen / quæ si
Jus Weichbildicum in scripturam redactum corroborant, à
confirmatione Juris non scripti ad scriptum valebit consequen-
tia; siquidem hæc Juris confirmatio ad exemplum Constantini

(3

&

(f) LEHMAN. Chron. Spir. l. 5. c. 17. OBRECHT. Dissert. de Elect. Imp.
Rom. Germ. th. 7. KULPIS, ad Monzamb. Part. 2. c. 4. §. 2. & 3.

& Caroli Impp. fit, quorum posterior (de priore enim fabula est) certè non scripto Juri sed consuetudini Saxonum robur vel conciliavit, vel reliquit; ut taceam ipsa hæc vocabula ad concessam in verbis antecedentibus potestatem condendi & observandi Jus Statutarium respicere, quandoquidem *Weichbild und Stadt-Recht* / verba Synonyma sunt. (g) Cæterum quia supra laudatus Conringius fictæ hujus confirmationis veritatem ex ipsis fontibus nempe *Weichb.* artic. 28. 55. III. & *IX.* l. 1. art. 3. l. 3. art. 57. contra Glossas, ab historica fide alienissimas, plenius astruxit, Lectorem B. ad Orig. Jur. Germ. c. 18. & 30. ne actum agam, remitto. Quippe qui tantum Coleriquâ quondam movebar, sententiam non sine causa desertam esse pro instituti ratione deducere constitui. Reliquum jam est, ut ad suavissimam veritatis indagacionem, cujus ab initio memini, revertar; hujus jucunditate pariter atque utilitate invitatus Synopsin aliquam Controversiarum (quarum numerus minimum DCXX erit) Juris Naturæ & Gentium, Juris Publici Romano-Germanici, Juris Civilis, Feudalis & Canonici, cui Arboris Consanguinitatis atque Affinitatis Theoria & Praxis accessit, in XXXI Disputationes divisam, collegi, singulas controversias rationibus decidendi, textibusque probantibus, imò & obstantibus, ubi visum est, instruxi, in selectu curam adhibui, ut parcissime dubiis merè Theoreticis inhærerem, Practicis plus utilitatis inesse ratus, nullam ex omnibus controversiis prætermisi, quin eidem adjicerem Dd. veteres partim, partim modernos consentientes & dissentientes, quos uti allegavi, ita non sine studio evolvi & perpendi, libero usus, modesto tamen, quoties dissensi, arbitrio, aliis in sentiendo parem libertatem æquissima mente indulgens. Susceptus est hic labor, non sine temporis impendio absolutus, ut & controversiarum,

(g) *WEHNER. Observ. Pract. voc. Weichbild. j. RHET. de Statuis Re-*
landin. c. 1, n. 35.

rum, maximè earum, quæ hodiè ventilantur, cupidis meo qualicunque Judicio servirem, & ansam præberem, quâ per omnes Juris partes, qui meæ fidei studia sua crediderunt, non sine fructu exerceri possent. Unde Viri Juvenes Nobilissimi & Clarissimi, infra nominati, quos Parentum aut Propinquorum illustre meritum atque exemplum, Patriæ dulcissimæ, cui satisfacere laborant, expectatio, nec non felix & exulta pertinaci industriâ indoles, in Salutem Reipublicæ & posteritatis memoriam, ad nullum non honorum meritorumque fastigium conscendendum, incitat & inflammat, occasionem hanc suæ in Juris prudentia peritiæ testandæ & augendæ prætermittere noluerunt, quorum laudatissimo instituto deesse mihi religio fuit; proinde Disputationes has XXXI eò ordine, quò cuius locum fors, citra præjudicium, assignavit, publicæ συζητησῆαι submittere decreverunt: nempe

- Dn. Johannes Franciscus Bornius, Lips. I. VII. XVI. five
 Controv. Jur. Nat. I. Jur. Civ. I. X.
- Dn. Daniel Riemer, Urat. Sil. VIII. XVII. five Controv.
 Jur. Civ. II. XI.
- Dn. Michael Vincent. Lipstorp, Stadenfis IV. V. VI. IX.
 five Jur. Publ. I. II. III. Jur. Civ. III.
- Dn. Daniel Kühn, Urat. Sil. X. XIX. five Jur. Civ. IV.
 XIII.
- Dn. Henricus Schützius, Lips. XI. XX. XXXI. five Jur.
 Civ. V. XIV. Arb. Cons. & Aff. II.
- Dn. Joachim Henrich Sibrand, Rostoch. XII. XXI.
 five Jur. Civ. VI. XV.
- Dn. Johann Christoph. Schacher, Lips. J. U. Cand. XIII.
 XXIX. five Jur. Civ. VII. Jur. Can. II.

Dn.

95
114
1112
Dn. Christian Sigismund Schacher / Lips. J. U. Cand.
XIV. XXII. XXVII. five Jur. Civ. VIII. XVI, Jur.
Feud. III.

Dn. Rütger Rulant, Hamburg, XV. XXIV, five Jur. Civ.
IX. XV III.

Dn. Georg. Beyer / Lips. J. U. Cand. XXV. XXVI.
XXVIII, five Jur. Feud. I. H. Jur. Can. I.

Dn. M. Johannes Christianus Meiß / Marisfeldio Henneb.
J. U. Cand. III. XXIII. five Jur. Nat. III. Jur.
Civ. X VII.

Dn. Franc. Conrad, Romanus, Lips. II. XVIII. XXX,
five Jur. Nat. II. Jur. Civ. XII. Arb. Cons. &
Affin. I.

Sicuti verò Respondentium vices exornare studebunt, ita quo-
que Opponentium partes mutuas suscepturi sunt. Quotquot
igitur laudabilibus hisce conatibus favetis, instituto, ob Jurium
varietatem nec injucundo nec inutili, animos auresque beni-
gnas commodate, & singulis, qui pro Valvis publicis indicabun-
tur, diebus Sabbathi, frequentes comparete : ita enim honori-
ficâ gratâq; frequentia vestra in Disputaturis animus alacri-
tate & curâ accendetur, studioque succinctæ & solidæ dispu-
tationis adhibito declarabitur, quantâ quisque nostrum cupi-
ditate testandi mutuum affectum, officium,
cultumque ardeat.



1077

DU
 for
 ste
 inj
 gloriam, tem
 tionibus prud
 belli turbarur
 justitia infati
 dumq; , aliena
 ti; dum pene c
 humaniq; san
 fundit, Philyr
 gratissima stu
 tionum de
 utilitatis & del
 icorum part
 coecutientibu
 læ tantum, pro
 mani acumen
 fontem perve
 hæreat, & qv
 rat; attamen,
 præbeat affect
 tate verborum
 libertatem ita t
 luptati est. A
 limant, verita
 deprehendant,
 defendendi stu

(a) TA

mani, quorum
 mani, Tacito te
 læsiq; vindictam
 Galli in perfidia
 mis & devasta
 tis turbatione
 ficta armorum
 iditatem, invi
 occultare cona
 acinacem tollit,
 accipiendo, pro
 os inter fluctus
 innocua, con
 on parum enim
 stigatio, si, Ecle
 s, oculisq; haud
 vitæ, non Scho
 dem iudicii hu
 ibus, ut, qui ad
 huc in lacunis
 ersonam refe
 o solidissimum
 ntum, humani
 isse, sentiendiq;
 thes absit, vo
 es scopum col
 aberratum esse
 mutandi, quàm
 a cordatorum
 Jcto-

